Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se hæc dixisse significat. Hinc helias duobus quinquagenariis ad se uenientibus dixit. Si homo dei sum descendat ignis de cęlo et consumat uos. Quorum utrorumque sententia quanta ueritatis ratione ęualuit terminus causę monstrauit. Nam et symon ęterna perditione interiit. et duos quinquagenarios desup ueniens flamma consumpsit. Virtus ꝗ subsequens testificat. qua mente maledictionis sententia pmittit. Cum enim et maledicentis innocentia permanet. et tam eui qui maledicit. usque ad interitui maledictio absorbet. exuriq; paratus fine colligit. quia ab uno et intimo iudice in reui sententia sumpta iaculat. Igit si subtilit beati iob uerba pensam. non e ea maledictio ex malicia delinquentis. sed ex rectitudine iudicis. n est ira commota. sed doctrina tranquilli. Qui enim tam recta maledicens intulit. n perturbationis uitio succubuit. sed doctrinę magisterium impendit. Vidit quippe amicos cum clamore flere. uidit uestes scindere. uidit capita conspersisse puluere. uidit desiderationę suę percussionis obmutescere. et uir scs inspexit. quia hii qui p spera temporalia requirebant. ex comparatione mentis pprię cum temporali fractui aduersitate credideram. perspexit quod transitoria afflictione percussum desperate non flerent. nisi ipsi desperata mente ab spe incolumitatis